

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Reden und Arbeiten der Societas Latina - Cod. Karlsruhe 3420, 1-4**

Orationes in Marchio-Badensis Societate Latina ab ordinariis h. soc.  
solidalibus habitare - Cod. Karlsruhe 3420,2

**Hebel, Johann Peter**

**[Karlsruhe], 1772-1776**

[Sievers, Carl Friedrich]: Ad vincendum plurimum valere oblegium in  
oratione demonstravit, 2 Jan 1777

[urn:nbn:de:bsz:31-99834](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-99834)

Ad vincendum plurimum valere obsequium  
in oratione demonstravit  
Carolus Fridericus Sievertus  
S. S. Th. Sud.

2 Jan 1777 - 2927. or

supra  
artifices  
petiturus  
laudo pro  
pontific  
et's bacen  
in no  
riamps ob  
tam por



Exord. Multa in rebus humano mala eveniunt, partim ex prava convenientia, partim ex perversa sententia.

Thema. Ad vincendum plurimum valere obsequium. Huius obsequii intuentia est

I., Natura

Est autem obsequium illud quaedam facilitate ac prudentia temperata cohibitis animi et indulgentia.

a., facilitas triplex omnino, aut imperitandi, quae nostra sunt bona, aut aliena mala proficendi, aut si quae necesse est, adversa subeundi.

b., prudentia est, quae modum cuiusque rei definit et terminos.

II., Termini, qui dupliciter constituendi, prout aut fortunae est illud obsequium, aut hominum.

a., si fortunae, duo cavendi debent: inertia et ferocia.

1., expeririendum et quoad potest fieri contendum est ne inertem se fortuna vincat.

2., Ubique major illius est, inflectendum comode et concedendum, ne ferocem opprimat.

b., si hominum, terminabitur obsequium intra hoc quod convenit, quodque expedit.

a., convenientiam, ingenium, mores, conditio cuiusque docebit.

Id quod cadit in educationem, amicitiam, rationem bellicam.

b., quid expediat, tum per se, tum ex alio iudicandum.

Ubique contemendi malum ratio fuerit, ne pejus, aut gravius fiat.

III., Opportunitates. Eae permultae et variae

Obsequendo nimirum vincimus, aut re aut animo certe

1., re quidem quando

a., moderato illuxu et expectandi diem, et aspera mitigantur, et laetiora promoventur.

b., ingenia hominum, si quid remiseris, saepe reddunt se obnoxia, quae alias imperiosius tractata durasunt.

2., in animo vero. Nempe vincit, qui ulla ratione superior est. Jamque

a., casum adversum superat, qui fortiter ferre potest.

b., homines improbos vincit, qui despicit.

c., eludit pericula, qui non metuit.

d., injuriam et invidiam frangit, quem nulla tangit.

e., ut denique omni major est, quem nihil cogit.



160.  
DIRECTOR EXCELLENTISSIME  
SOCIETATIS HONORATISSIMAE!

Cum multa praeclara ac prope divinitus tradita ab his  
reperiuntur, qui a sapientia olim nomen acceperunt,  
tum haud scio quidquam vel utilius, vel necessarium  
magis esset, monito illo Aristotelis: Medium tenete dmi-  
ci. Est enim genus hominum ita depravatum atque cor-  
ruptum ut declinet semper ad extrema. Hinc perrica-  
citer rident, illinc prave conivent. Sed quae quantitas  
mala exinde oriuntur? Imperatoris prava coniven-  
tia milites mollescunt, quasi pestilentia illos iradit  
luxuria, ignavia, petulantia, stuprum, libido, et  
multa alia vitia. Si indulget nimis pater liberis,  
efflerunt et in aeternum editum ruunt. Si parum  
punitur accusatus ab iudice, repetit scelus, culpam  
accumulat, alioque damno est. Sed e contrario, quae  
mala possent evitari si parum reniteremus, nonne  
enim multae acerbissimae jam dissertationes ex  
prava tantum renitentia ortae, ut si parum con-  
cessissemus alteri, omnis vis fuisset finita?  
Nonne crudelissima seditio in America per malam



perstinaciam est excitata? Quanto meliora saepe  
essent doctorum scripta, si emendationi nonnullorum  
amicorum subicerent, et illorum iudicium re-  
quirerent. Sed omnia se scire sibi persuadent, et  
si lima aliorum persequuntur, inimicitiae virus  
contra illos evomunt. Medium igitur inter pravam  
conniventiam et perricacem renitentiam eligen-  
dum esse, quisnam, quaeso, insitias ibit? Quapropter

Ad vincendum plurimum valere obsequium Vo-  
bis demonstrabo. Huiusque obsequii

- 1., Naturam
- 2., Terminos
- 3., Opportunitates explanabo.

Priusquam vero, AUSTORES Honoratissimi, gra-  
tantibus illis erroribus occurrō et dignitatem  
ac praestantiam obsequii vindico, Vos rogo, ut me  
de nobili hac materia apud Vos dicentem, solita  
vestra attentione ac benevolentia complecti haud



dedignemini.

Atque ut hinc exordiamur, continet illud obsequium totius Philosophiae moralis praecepta. Praecipit nobis ut larga manu porrigamus pauperibus, avaritiam, omnium malorum fontem fugiamus, misericordiam contra et simplicitatem ambitioni praepostulamur, praecipit nobis ut adversarius nostris condonemus, et laesionem illorum aequo animo feramus, ut proximum nostrum ex iniquorum manibus eripiamus, et si necesse est etiam adversa pro illo subeamus. Praeclarissima sane et omnium excellentissima virtus, sine qua nulla respublica florere, nulla amicitia firma, nullum conjugium pacatum stare potest. Nulla enim profecto, sine concordia civium spes atque salus in republica, peribit statum, si principem suum depellit, atque obsequium recusat. Valet hic maxime prisca illa Menenii Agrippae narratio, qua conspirationem membrorum contra ventrem depingit. Diripietur amicitia, si nullus cedere, nullus desistere a sententia velit.

meliora sup  
ioni nonnull  
judicium  
i persuasione  
micitia non  
inter praec  
tiam elige  
ibit? Quae  
obsequium  
atq; dignitate  
roge, ut  
atem, sed  
implecti



Disfidebunt semper conjuges, nisi obediens alter alteri,  
ejusque mandata implebit, consilio parebit, atque  
in contentione obsequetur. Interibit sane laesus  
cum hoste si pacem sibi semper vindictam sumere  
velit, obsequio vero tantum gloriose vincet adver-  
sarium. Si igitur tanta mala obsequio profunt  
evitari, et contra salva republica, salva amici-  
tia, saluum conjugium potest conservari, nonne  
totum se obsequii studio tradere sapientis es-  
set? sed et hic maxima prudentia est adhiben-  
da, ne nimis indulgeamus, atque in pravae con-  
scientiae vitium ruamus. Certus igitur modus, cer-  
ti termini sunt constituendi, quos in secunda  
parte explicare mihi in animo est.

Dupliciter autem, AUDITORES Honoratissimi, illi ter-  
mini sunt constituendi, prout aut fortunae est il-  
lud obsequium, aut hominum. Cavendum autem  
in primis, contra fortunae procellam, ne inertes nos  
vincat, honorem et bona eripiat, sed standum ut



rupes in medio mari edita, et altissimis delixta radi-  
cibus, cuius summa fluctus ne attingunt quidem; infima  
sic verberant, non ut eam commoveant, sed ut ipsi fran-  
gantur. Porro si adversa fortuna non astutia infla-  
tas, seroces et crudeles arripit, quam intolerabilis est  
miseria! Majorem ergo semper te, quantumcumque  
es putes, ad infimos homines te humiliter, succula-  
ras oppressis, miserearis pauperum, detrudere te  
fortunam ad infimos homines posse semper animo  
voluas. Si vero tectus a fortunae telis cum homi-  
nibus tantum negotiaberis, varii homines tibi oc-  
current, quorum nonnullis connivere, alios vero  
acerbissimis poenis afficere necesse est. Effinxit  
multos natura stupidos, qui omni cura et diligen-  
tia capere aliquid memoria et ingenio minime  
possunt, si hos verberibus atque plagis affice-  
re velis, augebis malum, obtusos ingenio, timidos  
erga homines, et plane inutiles efficies. Sed  
contra alios natura capaces memoria, et dociles  
fecit, qui ex prava tantum negligentia ignorantes sunt,



hos puniat, hos plagio et verberibus adeo afficiat pma.  
ceptor, usque respiciant ab negligentia et diligentia  
omnia superare conitantur. Sic porro injuste sa-  
ceret, qui ab rustico moreo politior, verba elegantia,  
et eruditionem requireret; exproscat tales, qui per  
totam vitam moribus instructi, et eruditioni ad-  
dicti fuerunt. Hos contemnat si neq; ingenio, ne-  
que moribus pollent. Eadem est ratio inter ami-  
cos, si vexatus alius passione aliqua animi, ira,  
avaritia, ambitione, lenis verbis ipsum amicus  
corrigat, reprehendat errorem, et vitium ipsi ante  
oculos ponat. Nec statim caede ac igne mine-  
tur, et ante alios vitium ipsi exprobrat, si vero  
male egit amicus, bene attendas, ne deneges  
factum, nec pejus aut gravius facias, sed semper  
optimam formam addas, nisi malitia qua perpe-  
tratum est, omnibus jam patet. Potissimum au-  
tem reliquum adhuc, ut ad vincendum opportunum  
semper tempus eligamus, quod in tertia parte  
vobis declarabo.

affigendo  
certo. Non e-  
micum, sed  
ipso modo  
nisi perfectus  
corriget  
lam rejice-  
rum si qui-  
que alio-  
atem quoq;  
superiores  
linquit se  
aut arbor fo-  
rec vexatione  
interdige  
litione aspi-  
viti apita  
rugat, mordet  
tam quareit,  
habes enim h  
non rediam  
et nunquam



Abssequendo nimirum vincimus aut re, aut animo  
 certe. Non enim semper est opportunum vincere ini-  
 micum, sed expectes diem, quo ira sedata, errorem  
 ipsi moderato flexu patet facias, convincer certe ipsum,  
 resipiscetur sane, cum tamen si alio tempore ipsum  
 corrigere voluisses, obdurasset, et admonitiones tuas  
 furor rejiceret. Eodem est ratio cum ingenio homi-  
 num, si quid remiseris, saepe reddunt se obnoxia,  
 quae alias imperiosius tractata durebant. Vincere  
 autem quoque possumus animo, si ulla ratione  
 superiores sumus. Si nomen et gloriam fama re-  
 linquit, si vitio ingenium destituunt, stemus si-  
 cut arbor solida, in quam frequens ventus incurvat,  
 nec vexatione confringitur, sic robusti, strenui,  
 intrepidique esse debemus. Sic hominem, qui am-  
 bitione aestuat, habendi cupiditate laborat, in-  
 vidia agitatur, iracundia inflatus, frontem cor-  
 rugat, mordet labia, qui nihil sibi denique quam vindic-  
 tam quaerit, despiciamus et bestiae assimilemus.  
 Habent enim bestiae simile malum. Eludamus pericula,  
 non metuemus. Injuriam et invidiam frangamus,  
 et nunquam tangi nos ab illa sinamus.



*[Faint, illegible handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]*